



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Chrysostomi humilitas. Capvt XXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

ptima ho. quanta vestimentum, eum in lectum quis se co-  
in Psal. 115. fert.

Rom. 3. ad Tit. Cauendam sacro Oratori in carpentia vitij  
iracundiam, sed quod olim Phinees fecit, iugu-

Rom. 6. landum, & non irascendum. Hoc est, sceleru ver-

3. in Timot. bi diuini gladio sine ulla vitiosa animi commo-

Rom. 8. in 1. ad Timo. suam explere videatur cupiditatem.

27. in 1. Co. Inter concionandum personas nominatim non  
vint. esse perstringendas, sanare enim oportet errantes,  
non efferrare.

Maiorem concionis partem moribus recte im-

pendi.  
Tria ad ciuitatis perfectionem esse necessaria,  
pietatem ciuium, misericordiam in pauperes, no-

mitatum detestationem.  
Ecclesiasti balbutiendum sepe cum populo  
quo sit fructuosior.

Eundem oportere summa patientia esse pradi-  
tum, & tranquillo animo more piscatorum ex-

pescare, donec pisces se in rete induant.  
Caveas omnino concionator à vanitate, &  
delicijs, duobus scopolis in illo concionum freto  
vehementer periculosiss. Studeat tamen valetu-

dini, quo suo ministerio defungi alacris possit.  
Nec facilem, nec omnino auram habe-

at ad ea qua deferuntur crimina.

tia spes omnium maximæ adblandiebantur,  
se in solitudines proripuit, vt humanam glo-  
riam forti animo calcitam subigeret. Quanto  
vero hominum conatu ex ea vitæ quam ele-  
gerat tranquillitate ad sacerdotia, curasq; ec-  
clesiasticas sit proiectus, nemo nescit. In ain-  
plissima porro dignitate collocatus ita lege-  
fit, vt, Non sua lagena immolare, quod vetatur  
in sacris; sed contentissimo quodam ani-  
mi ardore in Dei gloriam niti videretur. Ita-  
que plausus & acclamationes oderat, humanas  
laudes respuebat; Nullum illi acroama du-  
rius quam disertu laudatoris oratio, nihil  
modestis auribus grauius quam assentatio vi-  
debatur. Contra acerbam exilij ignominiam,  
angores animi, corporis iam ætate & mor-  
bis confecti cruciatus suas existimabat deli-  
cias, & hæc quidem magno conscientie thea-  
tro contentus patientissime deuorabat, vt  
nec vellet in publicum si posset affluere con-  
stantie famam. Nam & in epistola ad Olym-  
piadem ait, se in suis ærumnis volitare, &  
exultare, quasi ingentes nactus esset diuitias,  
rum præcipit, vt hæc contineat, nec cuiquam  
enunciet, imò etiam eorum ora qui hæc narra-  
bunt comprimant.

Habacuc.  
1. 16.

Vide ep. 14-  
ad Olymp.

Eiusdem constantia, & grauitas.

CAPVT XXV.

Chrysofomi humilitas.

CAPVT XXIV.

Nitebantur autem eximie virtutes insigni-  
nis modestie, demissionisque radicibus,  
quam à puero vehementer adamauit,  
nam cum parentes pro suæ nobilitatis splen-  
dore cum lauto quodam seruitio stipatum  
vellent scholas frequentare, totam illam hu-  
manarum rerum pompam modestissimus a-  
dolefcens repudiauit, & vix eò adductus est, vt  
vno duntaxat famulo vteretur. Cumque ma-  
gnum illud ingenium quod supra ætatem se  
efferebat, non possent homines non admirari,  
crebrisque gratulationibus prosequi, obla-  
tos sibi etiam tum in hoc primo ætatis limi-  
ne magno à scholarum moderatoribus hono-  
res terre non poterat, sed grauare adco sustine-  
bat, si qui modo comiter abijci non pos-  
sent, vt cum facile intelligeres onera, non  
honores gerere. Quamobrem eo tempore quo  
de ingenij claritate, præstantissimaq; eloquen-

VERUM, vt cum de rebus ipsius ageretur, ni-  
hil erat humilius, sic vbi Dei causa & re-  
ligio suadebat, nihil erat altius, nihil  
constantius. Equidem miror hominem inter  
hæc aulæ fulgura & corruscationes, inter ex-  
cussam vim procellarum, inter iactus fulmi-  
num, iam ictum, iam fumentem, iam nefarijs  
illis tradis in sanctissimum caput injectis ar-  
dentem, omnes scelerum machinationes, &  
omnes imperiorum fastus, veluti ruentis in se  
coeli pondus ineluctabili quodam vigore spi-  
ritu excipere.

Quis enim non suscipiat primum magni  
illius Ioannis cum Gaina congressum? Venit  
homo Arianus Cōstantinopolis Arcadij Im-  
peratoris tumens amicitia, magnum aliquid  
anhelans, adumbrata bellicarum rerum glo-  
ria circumfluens, ingenti militum satellitio,  
& Arianis clientibus quasi canum gregibus  
vndique succinctus. Et ne quid ad singularem  
malitiam decideret, quæ suam scelere potentiam  
arua

Vide Theod.  
1. c. 32.  
Baro. an.  
400. 72.

GGGG